

CATALIS
ALEXANDR

BX1750
.A5
1771
v.2
c.1

62029

23



1080044029



64691

THEOLOGIA DOGMATICO-MORALIS

Secundum Ordinem Catechismi

CONCILII TRIDENTINI.

EDITIO OMNIUM ACCURATISSIMA,

ADDITIS EPISTOLIS DE PROBABILISMO

IN P. DANIELEM SOCIET. JESU &c.

TOMUS SECUNDUS


U B I A G I T U R

- | | | |
|---------------------|---|------------------|
| I. De Matrimonio. | ✦ | IV. De Decalogo. |
| II. De Peccatis. | ✦ | V. De Oratone. |
| III. De Virtutibus. | ✦ | |

A U C T O R E

R. P. F. NATALI ALEXANDRO

Ordinis FF. Prædicatorum, in Sacra Facultate Parisiensi Doctore,
& emerito Theologiae Professore.



23

37781



VENETIIS,
EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.
MDCCLXXI.

Superiorum permissu & Privilegio.



Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria

62029

THEOLOGIA

DOGMATICO MORALIS

Secundum Ordinem Catechismi

CONCILII TRIDENTINI

EDITIO OMNIUM ACCURATISSIMA

ADDITIONES EPISTOLARUM DE PROBABILISSIMO

TOMUS SECCUS

URBAGITVS

1771

2

I. De Matrimonio.
II. De Peccatis.
III. De Virginitate.

AUCTOR

R. F. NATALI ALEXANDRO

Ordinis S. Prædicatorum, in sacra facultate Theologicae Professoris, & cetero Theologiae Professoris.



BIBLIOTECA PUBLICA DE NUESTRO LEON



Superiorum permissu & Privilegio



THEOLOGIAE

DOGMATICÆ, ET MORALIS
SECUNDUM ORDINEM CATECHISMI

Concilii Tridentini.

TRACTATUS

DE SACRAMENTO MATRIMONII.



1. Cor. 7.

Uniam Pastoribus beata, & perfecta Christiani Populi vita proposita esse debet (inquit Concilii Trid. Catechismus) in quidem maxime optandum esset, quod Apostolus se cupere ad Corinthios scriberet his verbis: *Volens imbecilliores esse sicut molisum, nimirum ut omnes continentia virtutem sectarentur; nihil enim beatius in hac vita hominibus contingere potest, quam ut animus nulla mundi cura distractus, sedatusque, & relictis omni carnis libidine, vitæ Angelicæ seminat, in uno pietatis studio, & coelestium rerum cogitatione, conquiescat. Sed quoniam (ut idem Apostolus testatur) Unusquisque propriam donam habet a Deo, alius quidem sic, alius vero sic, & Matrimonium magis, & divinus bonis ornatum est, ita ut inter alia Catholice Ecclesie Sacramenta vere, proprioque numeretur: ac Dominus Nuptiarum celebritatem præsentis sui honestaverit: satis apparet ad Theologiam Ecclesiasticam Tractatum quoque de Matrimonio pertinere; cum præsertim Apostolorum Princeps, & S. Paulus pluribus locis accurate scripta reliquerit, quæ non solum dignitatem, sed & officia Matrimonii spectant. Divino enim Spiritu assistenti, optime intelligebant, quanta, & quam multa commoda ad Christianam Societatem pervenire possent, si Fideles Matrimonii sanctitatem cognitam haberent, & ravolatam lævarent: contra vero, ea ignorata, vel neglecta, plurimas, maximaque calamitates, & detrimenta in Ecclesiam importari.*

veniret Rebecca, vidit Isaac duambulantem; & cum interrogasset, quis esset, cognovit quod ipse esset, cui duceretur uxor, ascendit, & caput suum obnubere cepit, donec recundiam Nuptiarum præire deberet: inde enim & nuptiis dicta, quod pudoris gratia palla se obnubereat. Vel quia honestas Nuptiarum quasi nubes cooperuit turpitudinem naturæ corruptæ: & sicut nubes homines tucet ab ardore Solis, ita nuptiæ ab ardore libidinis.

ARTICULUS PRIMUS.

Quid sit Matrimonium.

Matrimonium Trident. Concilii Catechismus ex communi Theologorum sententia sic definit: *Matrimonium est viri, & mulieris maritalis conjunctio inter legitimas personas, individuum vitæ consuetudinem retinens.*

Dicitur *Conjunctio*: Cum enim in perfecto Matrimonio plurima reperiantur, scilicet consensus interior, pactio externa verbis expressa, obligatio, & vinculum, quod ex ea pactioe efficitur, & conjugum copulatio, quæ Matrimonium consummatur; nihil tamen horum Matrimonii vim, & rationem proprie habet, nisi obligatio illa, & nexus, qui conjunctionis vocabulo significatur.

Additur, *Maritalis*: Quoniam alia pactioe genera, quibus viri, & mulieres obligantur, ut sibi mutuum operam præstent, vel pretii, vel alterius rei causa, profus aliena sunt a Matrimonii ratione.

Additur, *inter legitimas personas*: Quoniam qui a Nuptiarum conjunctione legibus omnino exclusi sunt, seu naturali, ut pueri, eunuchi, frigidi, & in primo gradu consanguinei: seu postivis, ut qui intra secundum, tertium, vel quartum gradum propinquitatis conjuncti sunt, aliunde impedimentum habent, Divina, vel Ecclesiastica lege constitutum, ad Matrimonium nulla foedera incedenda spectare non possunt.

Dicitur *Vir, & mulieris*, ad excludendam polygamiam, veteribus quidem Judicis permissam, Legis autem Evangelicæ tempore omnino prohibitam, ut suo loco ostendetur.

Dicitur, *individuum vitæ consuetudinem retinens*: Quibus verbis declaratur indissolubilis vinculi natura, quo-vic, & dicitur conjunguntur. Quod quidem in vinculo Matrimonii natura, & ratio consistit. Nam quod *Hugo a S. Victore*, aliquo clarissimi Theologi, Matrimonium definitur consensus, vel contractum legitimum causis, & fœmine, id est intelligendum est, ut consensus causis sit effectrix Matrimonii, ut docet *Engenius III.* in Decreto Unionis Armenorum post Conc. Florentinum edito. Consensus siquidem internus, & pactio externa sunt actus transitorii, & momentanei; Matrimonium autem permanet, duo ambio conjuges superstant. Quomodo ratio ejus neque in consensu interno, neque in externa pactioe, que mutuum consensum verbis exprimit; sed in obligatione, vinculo, & neru mutuo, qui ex consensu interno, & pactioe externa inter virum, & mulierem oritur, collocanda est.

Cum autem spectari dicitur posse Matrimonium, primo ut naturæ officium, sive ut naturalis conjunctio; (non enim ab hominibus, sed a natura inventum est;) vel ut Sacramentum, cujus vis naturalium rerum conditionem superat; ad ipsum priori modo consideratum hæc definitio pertinet. Ut Sacramentum vero sic definiti potest.

CAPUT PRIMUM.

De Natura, & institutione Matrimonii.

Varia sunt Matrimonii nomina. Primo, *Matrimonium* dicitur, quia femina idcirco maxime nubere debet, ut *matrem fieri* (inquit *Aug. Lib. 1. contra Faustum Manichæum*, c. 26.) Vel quia, prolem concipere, parere, educare, matris munus est; ipsique infans *ante partum oneratus, dolorosus in partu, post partum laboriosus esse, nascitur* (ut ait *Greg. 19. de Interrog. Est. De Conversione Infantium*.)

Conjunctum dicitur a conjungendo; quod legitimum mulier cum viro quasi uno jugo adstringitur. *Consuetudinem* vocatur, quia vir, & mulier simul nubunt: Interdum appellatur *Consortium* ut *L. si dominum*, C. de Nuptiis. Denique Matrimonium sæpe *Nuptias* Jurisconsulti, & Theologi appellant; nubendo, id est velando; quia mulieres, postquam nuptæ sunt, velo caput quasi nube cooperere; & velare incedere debent; & hoc in signum subjectionis, & obedientie viro debent, ut dicitur *Can. Fœmine*, qui ex *S. Iuliano*, Lib. 2. *De Officiis*, cap. 19. sumptus est: *Fœmine dum nubuntur, id est velantur, ut noverint se super maritum sicut subditas esse, & humiliter*. Hinc *Apost. 1. ad Cor. cap. 11. Non est* (inquit) *creatus vir propter mulierem, sed mulier propter Christum*. *Ideo debet mulier potestatem habere supra caput propter Angelos*. Hinc *Rebecca* licet desponsata, Isaac tunc ipse ipsam venientem procul conspexit, flammeo se cooperuit; *Gen. 24. 65.* quem locum referunt *Can. Nic. II. Lib. 1. De Abraham*, c. 19. ex quo referunt *Can. Nic. II. Lib. 1. Causa 30. q. 1. ait: Nec illud actusum, quod tunc Natal. Alex. Theol. Tom. II.*

Definitio Matrimonii quatenus est officium naturæ.

Matrimonium est consensus, vel contractum legitimum causis, & fœmine, id est intelligendum est, ut consensus causis sit effectrix Matrimonii, ut docet Engenius III. in Decreto Unionis Armenorum post Conc. Florentinum edito.